

**INTROIT Ps. 44: 13,15, 16**

Vultum tuum deprecabuntur omnes divini tesplebis: adducuntur Regi Virgines post eam: proximæ ejus adducuntur tibi in lætitia et exsultatione. (Ps. 44: 2) Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Vultum tuum deprecabuntur omnes divini tesplebis: adducuntur Regi Virgines post eam: proximæ ejus adducuntur tibi in lætitia et exsultatione.

**COLLECT**

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quæsumus; ut, sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse festivitati: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

*(Commemoration of St. Eusebius, Confessor)*

Deus, qui nos beati Eusebii Confessoris tui annua sollemnitate lætificas: concède propitius; ut, cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

**LESSON Eccli. 24: 23-31**

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritatis: in me omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me, omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implémini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationibus sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

**GRADUAL**

Benedicta et venerabilis es, Virgo María: quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. v. Virgo, Dei Génatrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

**GOSPEL Luke 11, 27-28**

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

**OFFERTORY**

Beata es, Virgo María, quæ omnium portasti Creatorem: genuisti qui te fecit, et in æternum permanes Virgo.

**SECRET**

Múnere nostra, Dómine, apud cleméntiam tuam Dei Genetrícis comméndet oratio: quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti; ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercédât. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

*(Commemoration of St. Eusebius, Confessor)*

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuorum commemoratióne Sanctórum: quibus nos et præsentibus exui malis confidimus et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

**COMMUNION**

Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Fílium.

**POSTCOMMUNION**

Concède, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut, qui sanctæ Dei Genetrícis festivitatem prævenimus; intercessiónis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgámus. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

*(Commemoration of St. Eusebius, Confessor)*

Refécti cibo potúque cælesti, Deus noster, te supplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

All the rich among the people shall entreat thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing. (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. All the rich among the people shall entreat thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing.

O God, Who didst deign to choose for Thy dwelling the virginal womb of the blessed Mary, grant, we beseech Thee, that defended by her protection we may assist with joy at her festival. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who dost gladden us by the annual feast of blessed Eusebius, Thy confessor, mercifully grant that, as we celebrate his natal day, we may also imitate his actions. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

As the vine I have brought forth a pleasant odor, and my flowers are the fruit of honor and riches. I am the mother of fair love, and of fear, and of knowledge, and of holy hope. In me is all grace of the way and of the truth, in me is all hope of life and of virtue. Come over to me, all ye that desire me, and be filled with my fruits; for my spirit is sweet above honey, and my inheritance above honey and the honeycomb. My memory is unto everlasting generations. They that eat me, shall Yet hunger; and they that drink me, shall yet thirst. He that harkeneth to me shall not be confounded, and they that work by me shall not sin. They that explain me shall have life everlasting.

Blessed and venerable art thou, O Virgin Mary, Who, without spot, wast found the Mother of the Saviour. V. Virgin Mother of God, He Whom the whole world containeth not, being made man, shut Himself in thy womb.

At that time: As Jesus Was speaking to the multitudes, a certain woman from the crowd, lifting up her voice, said to Him, Blessed is the womb that bore Thee, and the breasts that gave Thee suck. But He said, Yea, rather, blessed are they who hear the word of God and keep it.

Blessed art thou, O Virgin Mary, who didst bring forth Him Who made thee, and remainest forever a virgin.

May our offerings be commended to Thy mercy, O Lord, by the prayer of the mother of God, Whom Thou hast removed from this world that she may with confidence intercede for us with Thee. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed is the womb of the Virgin Mary, which bore the Son of the eternal Father.

Grant Thine assistance, O merciful God, to our frailty, that we, who anticipate the festival of God's holy mother, may, by the aid of her intercession, rise from our iniquity. Through the same Lord Jesus Christ, Who livest and reignest, with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, one God, forever and ever.

We Thy suppliants, who are refreshed with heavenly food and drink, beseech Thee, O our God, that we may be fortified by the prayers of him in whose commemoration we have partaken of these gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.